Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tio mea in maturitis. Si dicebam narrabo sic
ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Et exis-
timabam ut cognoscerem hoc labor est ante
me. Donec intrem in scuarium di et intelli-
gam in nouissimis eorum. Verumtamen propter
dolos posuisti eis deiecisti eos dum allevarent.
Quomodo facti sunt in desolationem subito de-
fecerunt perierunt propter iniquitatem suam.
Velut somnium surgentium dne in ciuitate
tua imaginem ipsorum ad nichilum rediges.
Quia inflammatum est cor meum et renes
mei commutati sunt et ego ad nichilum re-
dactus sum et nesciui. Vt iumentum fact
sum apud te et ego semper tecum. Tenuisti
manum dexteram meam et in uoluntate
tua deduxisti me et cum gla suscepisti me.
Quid enim mi est in celo et a te quid uolui
super terram. Defecit caro mea et cor meum
ds cordis mei et pars mea ds in eternum. Quia
ecce qui elongant se a te peribunt perdidisti
omnem qui fornicatur abs te. Mihi autem